

## Vorbemerkungen zum Buch Kohelet

ANDREAE DE SANCTO VICTORE Opera III: *Expositiones historicas in libros Salomonis*, ed. RAINER BERNDT (Corpus Christianorum, Continuatio Mediaevalis 53 B), Turnhout 1991, S. 93-99.

Im Rahmen des Forschungsseminars "Die Auslegung des Alten Testaments im Mittelalter" (Prof. Ludger Schwienhorst-Schönberger, Prof. Thomas Prügl, WiSe 2012/13)

übersetzt von CHRISTINA TRAXLER

<p><i>Verba Ecclesiastes, filii Dauid, regis Jerusalem. Sicut in Parabolis sapientissimus Salomon paruulum et adolescentem instruxit, "docens eos et quasi de officiis", ut beatus ait Hieronymus, "per sententias erudiens", ut hic astutiam ille sapientiam et intellectum consequatur; sic in hoc opere quod hebraice Coeleth, graece Ecclesiastes, latine uero contionatoris nomine praenotatur, maturiorem et perfectiorem, uirilem scilicet aetatem instituit, ut et mundum ipsum contemnat et nihil eorum quae illius sunt, fixum et stabile et duraturum credat, sed potius uniuersa quae mundi ambitu continentur, caduca et transitoria et uana esse pro certo habeat.</i></p> <p>Intitulatur autem hoc opus apud Hebraeos a tertio actoris nomine Coeleth uidelicet, apud Graecos uero et apud nos a nomine graeco in quod istud transfertur, scilicet Ecclesiaste, quod in latinam uersum linguam contionatorem significat. Materia Coeleth in hoc opere est tam mundus ipse quam mundi</p>	<p>(1,1) Worte des Ecclesiastes, des Sohnes Davids, des Königs von Jerusalem. So wie der allerweiseste Salomon im Buch der Sprichwörter den Knaben und den jungen Mann unterwies, „indem er sie gleichsam über die Pflichten“, wie der heilige Hieronymus sagt, „durch Lehrsätze unterrichtete“<sup>1</sup>, so dass dieser Schlauheit, jener Weisheit und Einsicht erlange, so lehrt er in diesem Werk, das im Hebräischen <i>Coeleth</i>, im Griechischen <i>Ecclesiastes</i>, im Lateinischen aber <i>Concionator</i> (Volksredner) bezeichnet wird, den an Jahren reiferen und vollkommeneren Mann, dass er die Welt verachte und nichts von den Dingen, die zu ihr gehören, als fest, stabil und dauerhaft betrachte, sondern es vielmehr als gesichert ansehe, dass alles, was sich in der Welt befinde, hinfällig, vergänglich und nichtig sei.</p> <p>Der Titel [<i>titulus</i>] dieses Werkes kommt bei den Hebräern von dem dritten Namen des Verfassers, <i>Coeleth</i>, bei den Griechen und bei uns aber von dem griechischen Namen, der eine Übersetzung des ersteren darstellt, nämlich <i>Ecclesiastes</i>, was auf lateinisch Volksredner bedeutet. Der Gegenstand des Kohelet in diesem Werk ist sowohl die Welt selbst, als auch der Mensch, der</p>
---	---

1 Hieronymus, *Commentarius in Ecclesiasten*, I,18.

dominus, homo et omnia propter ipsum facta, quorum omnium instabilitatem et uanitatem demonstrat. Sed et studia hominum et actiones et quaslibet occupationes quae omnia uanitati esse subiecta contendit, quoniam de his agit habet materiam. Intendit autem a rerum caducarum et transitoriarum ad stabilium et permanentium amorem auditorium huius operis animos auocare et, ut coelestibus et aeternis per amorem firmissime adhaerentes terrena et temporalia pro nihilo ducant, admonere. Finis autem est timor Domini et custodia mandatorum eius, sicut esse auctor in fine huius operis testatur, dicens: *Finem loquendi omnes pariter audiamus. Deum time et mandata eius obserua; hoc est omnis homo*" (Eccls 12,13).

Vt lectorem reddat attentiores cuius et quantae auctoritatis uiri uerba sunt quae supponuntur, paucis praemittit, dicens: *Verba Ecclesiastes* etc. Hic quoque sicut in initio Parabolarum subaudiendum est uerbum substantiuum cum pronomine demonstratiuo. Littera sic legitur: Haec quae sequuntur sunt *uerba Ecclesiastes, filii Dauid* etc.

*Ecclesiastes* a nominatiuo *Ecclesiaste* secundum graecam declinationem descendit. Noster autem nominatiuus in "es" productam terminans, genitiuum in "is" et datiuum in "i" secundum tertiae formam declinationis facit.

*Filii Dauid*. Hoc ad totius commendationem operis spectat, quod filius *Dauid*, uiri scilicet sapientis et boni, fuisse dicitur. Sapientium namque et magnorum filii uirorum quasi hereditariam habere uidentur sapientiam, sicut

Herr der Welt, als auch alles, was seinetwegen geschaffen worden ist, deren Unbeständigkeit und Nichtigkeit gezeigt wird. Darüber hinaus hat es auch alles Streben, alle Handlungen und Beschäftigungen des Menschen zum Gegenstand, die alle der Nichtigkeit unterliegen, wie er behauptet. Es beabsichtigt aber, die Herzen der Hörer dieses Werkes von den hinfälligen und vergänglichen zur Liebe der beständigen und bleibenden Dinge aufzurufen und sie zu ermahnen, dass sie, indem sie den himmlischen und ewigen Gütern in Liebe unerschütterlich anhängen, die irdischen und zeitlichen Dinge für nichts erachten. Das Ziel des Werkes aber ist die Furcht des Herrn und das Halten seiner Gebote, wie der Autor am Ende des Werkes bezeugt, wenn er sagt: *Das Ende des Redens mögen wir alle in gleicher Weise hören: Fürchte Gott und halte seine Gebote; da ist jeder Mensch* (Koh 12,13).

Um den Leser für die Autorität der folgenden Worte aufmerksamer zu machen, schickt er einiges voran und sagt: *Worte des Ecclesiastes* etc. Hier muss man, wie auch zu Beginn des Buches der Sprichwörter, mithören, dass es sich um ein Substantiv mit einem Demonstrativpronomen handelt. Der Text liest sich dann so: Das, was nun folgt, sind die *Worte des Ecclesiastes, des Sohnes Davids* usw.

*Ecclesiastes*, vom Nominativ *Ecclesiaste*, wird nach der griechischen Deklination gebeugt. Unser (d.h. der lateinische) Nominativ endet hier mit einem „es“, der Genitiv mit einem „is“ und der Dativ mit einem „i“, gemäß der dritten Deklination.

*Sohn Davids*. Dieser Teil gehört zur Empfehlung des gesamten Werkes, weil gesagt wird, dass er der Sohn *Davids*, eines weisen und guten Mannes, war. Denn die Söhne von weisen und großen Männern scheinen gleichsam eine Erbweisheit zu haben, so wie auch umgekehrt die Söhne von

econtra simplicium et ignobilium filii idiotae et, ne dicam insipientes, simplices et minus prudentes esse solent. Hinc est quod in euuangelio solam in Salvatore nostro carnis ignobilitatem attendentes, cum sapientiam et prudentiam illius in respondendo et interrogando obstupescerent admirantes, dicebant: *Vnde huic haec sapientia et prudentia? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria et fratres eius Iacobus et Ioseph et Simon et Iudas? Nonne fratres eius et sorores omnes sunt apud nos? Vnde ergo huic omnia ista? Et scandalizabantur in eo* (Mt 13,54-57). Tanquam aduersum rationi et naturae quodammodo repugnans uidebatur, ut in homine de tam simplicibus et imperitis orto parentibus et cuius fratres et sorores (id est consanguinei et consanguineae) ut reliqui de plebe simplices essent et idiotae, tanta esset sapientia et prudentia. Propter operis itaque commendationem, ut diximus, quod ipse esset *filius Dauid* quasi hereditariam habens sapientiam et prudentiam ipse operis actor annectere curauit. Frequenter enim euenire solet, ut sapientium filii iuuante naturam industria et industriae natura suffragante sapientes sunt et prudentes. Sapientiae et bonitatis Dauidis testimonium si quis desiderat, Librum Regum et Paralipomenon legat, ubi Dauid et uir secundum cor Domini inuentus et *sapientissimus in cathedra* quae doctorum est *sedens* scribitur (4 Reg 23,8; cf. 3 Reg 20,25).

*Regis Ierusalem.* Quamquam hoc ad utrumque, Salomon scilicet et Dauid, referri possit, conuenientius tamen ad

einfältigen und unbedeutenden Menschen Ungebildete und, um nicht Törichte zu sagen, Einfältige und weniger Weise zu sein pflegen. Von daher kommt es, dass jene, die im Evangelium nur auf die Niedrigkeit des Fleisches in unserem Heiland schauen, wenn sie über seine Weisheit und Klugheit, die er seinen Antworten und Fragen an den Tag legt, verblüfft sind und sich wundernd fragen: *Woher kommt diese Weisheit und Klugheit? Ist das nicht der Sohn des Zimmermanns? Heißt nicht seine Mutter Maria und seine Brüder Jakob, Josef, Simon und Judas? Sind nicht seine Brüder und seine Schwestern alle bei uns? Woher dies alles? Und sie nahmen Anstoß an ihm* (Mt 13,54-57). Es schien gleichsam gegen die Vernunft und Natur, dass in einem Menschen, der von solch einfachen und unerfahrenen Eltern hervorgegangen ist und dessen Brüder und Schwestern (d.h. seine fleischlichen Verwandten) wie die übrigen aus dem Volk schlicht und ungebildet waren, eine so große Weisheit und Klugheit innewohnte. Wegen der Empfehlung des Werkes also fügte der Autor daher bewusst hinzu, wie wir gesagt haben, dass er der *Sohn Davids* sei und gleichsam seine Weisheit und Klugheit geerbt habe. Es kommt nämlich häufig vor, dass die Söhne von weisen Menschen, indem der Fleiß die Veranlagung unterstützt und die Veranlagung dem Fleiß zu Hilfe kommt, Weise und Kluge sind. Wenn jemand ein Zeugnis über die Weisheit und Klugheit Davids wünscht, so lese er das Buch der Könige und das Buch der Sprichwörter, wo David sowohl als einer beschrieben wird, der nach dem Herzen des Herrn lebte (Vgl. 1 Kge 13,14) und der als *sehr weiser Mann auf der Kathedra*, dem Stuhl der Gelehrten, sitzt (2 Kge 23,8; vgl. 1 Kge 20,25).

*Des Königs von Jerusalem.* Wiewohl dies auf beide, nämlich Salomon und David, bezogen werden kann, ist es dennoch angemessener, es auf

Salomon refertur. Ad gloriam enim actoris et ad maiorem auctoritatem operis spectat, quod cum filius sit Dauid, ipse idem patris successor rex sit Ierusalem. In regem, cum ex boni patris uoluntate procedit electio, sapientior et melior et qui ad regendum populum magis sit idoneus eligi filius consuevit. Et licet totius terrae XII tribuum rex esset Salomon, spiritualiter tamen rex Ierusalem esse dicitur, tum propter ipsius ciuitatis dignitatem quae regia sedes et caput regni erat, tum propter templi praerogatiuam et sacerdotum mansionem et creberrimam diuinae legis in auribus populi recitationem in ea et diuini cultus in sacrificiis et caerimoniis et sollemnitatibus et ceteris multiplicibus religionis ritibus multam frequentationem et lectionis legis et prophetarum exercitationem.

Vel ideo haec uerba *regis Ierusalem* esse dicit, ut quod ea quae in his uerbis traditur doctrina non rura et pagos incolentibus et qui in urbem pergere nesciunt, sed tantae ciuitatis ciuibus, proficientibus scilicet et perfectioribus etsi non perfectissimis, conueniat uel sic insinuet.

His super praefatiuncula succincte transcuris ad rem redeamus.

*Vanitas uanitatum* etc. Hac frequenti uanitatis replicatione, quanta sit in rebus humanis uanitas, apertissime declaratur. Quid aliud est *uanitas* quam falsitas et uanum esse quam falsum esse et non secundum ueritatem ambulare? Homo quoque uanus dicitur homo mendax et

Salomon zu beziehen. Es trägt nämlich zur Ehre des Autors und zur größeren Autorität des Werkes bei, wenn er als Sohn Davids selbst als Nachfolger seines Vaters König von Jerusalem ist. Wenn die Wahl aus dem guten Willen des Vaters entspringt, pflegt man den Sohn als einen Weiseren und Besseren und einen, der zur Regierung des Volkes geeigneter ist, zum König zu wählen. Und wenn Salomon auch König der ganzen Erde und der zwölf Stämme ist, so wird er dennoch König von Jerusalem genannt; einmal aufgrund der Würde seiner Stadt, welche Königsitz und Reichshauptstadt war, und zum anderen wegen des Vorzugs des Tempels und der Bleibe der Priester und der sehr häufigen Verlesung des göttlichen Gesetzes an die Ohren des Volkes; ebenso wegen der häufigen Feier des göttlichen Kultes in Opfern, Zeremonien, Feierlichkeiten und vielfachen anderen Riten der Religion, sowie wegen der Übung, dass dort das Gesetz und die Propheten verlesen werden.

Oder er sagt deswegen diese Worte *des Königs von Jerusalem*, weil jene Lehre, die hier vorgelegt wird, nicht den Bewohnern der Felder und Wiesen und jenen, die nicht in die Stadt gelangen können, entspricht, sondern eben den Bürgern einer solchen Stadt, d.h. den Fortgeschritteneren und Vollkommeneren, wenn auch nicht den Vollkommensten, nahegebracht wird.

Nach diesen kurzen Ausführungen über das Vorwort wollen wir zum eigentlichen Gegenstand zurückkommen.

(1,2) *Nichtigkeit der Nichtigkeiten* usw. Durch diese häufige Wiederholung der Nichtigkeit wird ganz offenkundig gezeigt, welche große Nichtigkeit in den menschlichen Dingen liegt. Was aber ist die *Nichtigkeit* anderes als Falschheit, und was anderes ist nichtig sein als falsch sein und nicht gemäß der Wahrheit wandeln? Der nichtige Mensch

falsus iuxta illud poetae: "Non si miserum Fortuna Sinonem efficiet uanum quoque" (id est falsum quoque) "et mendacem". Hoc autem dicebat, cum persuadere conaretur quod in nullo eorum quae dicturus erat falsus uel mendax inueniri posset. Sed et in propheta Malachia uanus in eodem sensu reperitur: *Vanus est qui seruit Deo* (Mal 3,14), id est in falsitate et in mendacio est qui Deo seruit, quia nihil utilitatis inde consequitur quod faceret, si ueritas in manu illius esset qui illi seruit. Vnde annectunt: *Et quid emolumenti nobis est, quia seruiuimus ei?* (Mal 3,14) Hieronymus quoque super illum locum Psalmi *Qui inquirebant mala, mihi locuti sunt uanitates*" (Ps 37,13), uanitatem falsitatem esse docuit, dicens: "Vanitatem locuti sunt cum dixerunt : *In Beelzebub principe daemoniorum eicit daemonia.*" Numquid non haec uanitas falsitas est? Vanum et falsum est in Beelzebub principe daemoniorum illum eiecisse daemonia. Qui hanc ergo uanitatem locuti sunt, falsitatem locuti sunt. Sed et alius eundem Psalmi uersiculum exponens uanitatem falsitatem esse apertius demonstrauit, dicens: "Locuti sunt uana, id est fixerunt falsa".

In hebraica etiam ueritate a qua nos hanc sicut et pleraque alia mutuati sumus scripturam *falsitas falsitatum* in huius libri capite legitur. Non solum hic, sed fere ubicumque apud nos *uanitas* uel *uanum*, apud illos *falsitas* uel *falsum* habetur.

wird auch lügnerischer Mensch und falscher Mensch genannt, nach jenem Wort des Dichters „Wenn das Glück auch elend den Sinon gemacht hat und nichtig ihn und lügnerisch.“<sup>2</sup> Das aber sagte er, weil er versuchte zu überzeugen, dass in keinem der Dinge, die er sagen würde, etwas Falsches oder eine Lüge sein könnte. Aber auch beim Propheten Malachias findet sich im selben Sinn ein nichtiger Mensch: *Nichtig ist, wer Gott dient* (Mal 3,14), d.h. wer Gott dient, befindet sich dann in Falschheit und Lüge, wenn er keinen Gewinn aus seinem Tun zieht, wenn die Wahrheit in Händen desjenigen liegt, der ihm dient. Daher fügen sie hinzu: *Welchen Vorteil haben wir daraus, wenn wir ihm gedient haben?* (Mal 3,14) Auch Hieronymus, der über Psalm 37 (v. 13) – *Die Böses gesucht haben, haben mir Nichtigkeiten gesagt* – lehrt, dass die Nichtigkeit eine Falschheit sei, sagt: „Nichtigkeit haben sie gesprochen, wenn sie sagten: *In Beelzebub, dem Fürsten der Dämonen, hat er die Dämonen ausgetrieben.* Ist denn diese Nichtigkeit keine Falschheit? Nichtig und falsch ist es, durch jenen Beelzebub, den Fürsten der Dämonen, die Dämonen hinauszuerwerfen. Die also eine solche Nichtigkeit gesagt haben, haben eine Falschheit gesagt.“<sup>3</sup> Aber auch bei der Auslegung eines anderen Verses desselben Psalms zeigt beweist er klar, dass die Nichtigkeit Falschheit sei, wenn er sagt: „Sie haben Nichtiges gesprochen, d.h. sie haben Falsches vorgegeben.“<sup>4</sup>

In der hebräischen Bibel, von der wir uns an dieser wie auch an vielen anderen Stellen etwas ausgeliehen haben, heißt es am Beginn dieses Buches: *Falschheit der Falschheiten*. Nicht nur hier, sondern fast überall heißt es bei uns *Nichtigkeit* oder *Nichtiges*, bei jenen *Falschheit* oder *Falsches*.

2 Virgilius, *Aeneides*, II,79-80.

3 Lk 11,15 – Ps-Hieronymus, *Breviarium in Psalmos*, XXXVII.

4 Petrus Lombardus, *Commentarium in Psalmos*, XXXVII.

Littera sic legitur: *Vanitas uanitatum*, subauditur est in rebus humanis uel ipsae res huius saeculi. Et ne dubitari debeat, an ita sit tantus sententiae huius actor supponitur, qui de suae assertionis ueritate neminem dubitare permittat, cum dicitur: *Dixit Ecclesiastes*.

*Dixit Ecclesiastes*, sapientissimus uidelicet ille Salomon, qui omnibus suae generationis hominibus sapientior teste Scriptura fuisse perhibetur.

*Vanitas uanitatum*. Haec crebra uanitatis repetitio et inculcatio et subinde geminatio, quae aliud est quam sententiae confirmatio? Porro sicut "sanctum sanctorum" magnae sanctitatis, sic *uanitas uanitatum* immensae uanitatis expressio est. Et ne uanitati (id est falsitati), et non solum ueritatis diminutioni sed et defectui, creatura partialiter et non totaliter subiecta esse putaretur, generalem quam omnia sub uanitate concludit, subdit sententiam: *Et omnia uanitas*. In hac generalitate non nisi inferiora haec, sol uidelicet ipse et sub eo posita, comprehenduntur. Quae omnia uanitatem (id est falsitatem) esse dicit huius operis actor, non quia nihil penitus fuit – sunt namque substantiae et creaturae Dei –, sed quia mutabilitati et uariationi subiacent uniuersa, id est mutabilia et transitoria sunt. Ipse etiam homo, inferioris huius mundi dominus, paulo minoratus ab angelis, gloria et honore coronatus, et super omnia manuum Dei constitutus, sed cuius pedibus omnia subiecit Deus, in Psalmis non haec uel illa, sed *uniuersa uanitas* (cf.

Das Textverständnis lautet also: *Nichtigkeit der Nichtigkeiten*, d.h. diese ist in den menschlichen Dingen oder die Dinge dieser Welt selbst (sind Nichtigkeiten der Nichtigkeiten). Und damit niemand zweifle, ob es so sei, nimmt man einen so großen Autor dieses Satzes an, der keinen Zweifel an der Wahrheit seiner Behauptung duldet, wenn er sagt: *Es sprach Ecclesiastes*.

*Es sprach Ecclesiastes*, nämlich jener allerweiseste Salomon, der nach Auskunft der Schrift weiser als alle anderen Menschen seiner Generation war (vgl. 1 Kge 4,29-31).

*Nichtigkeit der Nichtigkeiten*. Was anderes will diese häufige Wiederholung der Nichtigkeit und das Einschärfen und die (sprachliche) Verdopplung als eine Bestätigung des Satzes? So wie das „Heilige der Heiligen“ ein Ausdruck großer Heiligkeit ist, so ist *Nichtigkeit der Nichtigkeiten* ein Ausdruck enormer Nichtigkeit. Und damit man nicht glaube, dass die Schöpfung (nur) teilweise und nicht als ganze der Nichtigkeit (d.h. der Falschheit) und nicht nur einer Einschränkung der Wahrheit, sondern einem Defekt unterworfen ist, fügt er einen allgemeinen Urteilsspruch hinzu, wodurch er alles unter die Nichtigkeit einschließt: *Und alles ist Nichtigkeit*. In dieser Allgemeinheit werden nicht nur diese geringeren Dinge, nämlich die Sonne selbst und was sich unter ihr befindet, verstanden. Dass dieses alles Nichtigkeit (d.h. Falschheit) sei, sagt der Autor dieses Werkes nicht, weil es gänzlich Nichts war – es gibt nämlich durchaus die Substanzen und Geschöpfe Gottes –, sondern weil alle Dinge der Veränderlichkeit und dem Vergehen unterliegen, d.h., weil sie vergänglich und veränderbar sind. Der Mensch aber, der Herr dieser niederen Welt, der nur ein wenig geringer gemacht wurde als die Engel und mit Ehre und Herrlichkeit gekrönt, und der über alles von Gott Gemachte eingesetzt wurde über alles, aber dem Gott alles unter die

Ps 38,6) emphatice – sicut clauus non sceleratus, sed scelus – appellatur. Et ne quis hoc de homine mortuo dictum acciperet, additum est *uiuens*. Additum est et *omnis*, ne de aliquo uel aliquibus peruerse uiuentibus dictum esse putaretur. Non modo homini subiecta et propter hominem facta sunt uanitas, sed homo ipse omnis, siue bonus siue malus, siue transiens siue haerens, est uniuersa uanitas, id est ad uniuersam dum uiuit pertinet uanitatem, quia omnia sub sole uanitas.

Sub sole est omne uisibile, inuisibilia autem non sunt sub sole (id est fides, spes, caritas). Vel uniuersa uanitas est homo, id est rationalis etiam creatura quae secundum diuersos uniuersam appetit uanitatem. Homo non modo uanus, sed ipsa uanitas per exaggerationem esse dicitur.

*Quid habet amplius homo de uniuerso labore suo qua laborat sub sole? Vere omnia sunt uanitas, quia et homo ipse et omnis eius labor quo ipse in hoc mundo laborat. Nihil enim magnum aut amplum ex uniuerso labore suo consequitur. Hoc est quod sub interrogatione ponitur: Quid habet amplius? (id est amplitudinis et magni). Quasi dicat: nihil in uanum uanus ipse laborat. De uniuerso labore dicit, quia multiplex est hominis in hoc mundo labor, quippe qui sicut Scriptura testatur ad laborem nascitur (Hi 5,7).*

Füße legte, wird in den Psalmen nicht diese oder jene, sondern emphatisch „allgemeine Nichtigkeit“ genannt – nicht wie ein verbrecherischer Schlüssel, sondern wie ein Verbrechen. Und damit nicht jemand das auf einen verstorbenen Menschen beziehe, wird hinzugefügt *lebend*. Hinzugefügt ist auch *jeder*, damit man nicht glaube, dies sei von irgendwelchen verderblichen Leuten gesagt worden. Nicht nur sind jene Dinge, die dem Menschen unterworfen sind und die wegen des Menschen gemacht worden sind, Nichtigkeit, sondern jeder Mensch selbst, sei er gut oder böse, sei er vorübergehend oder bleibend, ist allgemeine Nichtigkeit, d.h. er gelangt, solange er lebt, an eine allgemeine Nichtigkeit, weil alles unter der Sonne Nichtigkeit ist.

Unter der Sonne ist alles sichtbar, die unsichtbaren Dinge aber sind nicht unter der Sonne (d.h. Glaube, Hoffnung, Liebe). Oder die allgemeine Nichtigkeit ist der Mensch, d.h. auch die vernünftige Natur, die nach Meinung bestimmter Leute eine allgemeine Nichtigkeit anstrebt. Dass der Mensch nicht nur nichtig sei, sondern die Nichtigkeit selbst, wird in der Art einer Übertreibung gesagt.

(1,3) *Was hat der Mensch über seine allgemeine Mühe hinaus, mit der er sich unter der Sonne abmüht? In der Tat sind alle Dinge Nichtigkeit, weil nämlich sowohl der Mensch selbst als auch alle seine Mühen, mit denen er sich in dieser Welt abmüht, nichts Großes oder Weites aufgrund seines allgemeinen Mühens erlangt. Das ist der Grund, weshalb in Frageform gesagt wird: Was hat er weiterhin davon? (d.h. an Weite und Größe), gleichsam als ob er sagte: Der Nichtige selbst müht sich vergeblich für nichts. Von seiner allgemeinen Mühe heißt, weil die Mühe des Menschen in dieser Welt vielfältig ist, da ja freilich, wie die Schrift bezeugt, er zur Mühe geboren wird (Ij 5,7).*

<p><i>Generatio praeterit, et generatio aduenit. Mutabilitatem et uariationem et instabilitatem rerum caducarum et transitoriarum, qualia sunt omnia quae sub sole sunt descripturus a dignioris creaturae (id est hominis) mutabilitate et uariatione incepit, dicens: generatio praeterit, et generatio aduenit. Generatio una sicut illa filiorum Israel quae de Aegypto exiit tota praeteriit et in mortem defluit. Et alia succedit sicut illa quae in deserto nata est, iterum praeteritura et in mortem defluxura, terra tamen multo hominum generatione indignior et propter homines facta, immobiliter stante et in aeternum perseuerante. Filii Adam et filiae una generatio fuit, filii eorum et filiae altera, illorum quoque soboles tertia, et sic usque nunc partum alia et alia filiorum generatio fuit.</i></p>	<p>(1,4) <i>Eine Generation geht, eine Generation kommt.</i> Bei der Beschreibung der Veränderlichkeit, Wechselhaftigkeit und Unbeständigkeit der hinfälligen und vergänglichen Dinge, – denn so beschaffen ist ja alles, was unter der Sonne ist – , beginnt er mit der Veränderlichkeit und Wechselhaftigkeit der würdigeren Schöpfung, d.h. des Menschen. Daher sagt er: <i>Eine Generation kommt, eine Generation geht.</i> Eine <i>Generation</i> fließt in den Tod, eine andere folgt nach; wie jene, die in der Wüste geboren wurde, die wiederum vorübergehen wird und in den Tod fließen wird, wobei die Erde, die viel unwürdiger als die <i>Generation</i> der Menschen ist und die um der Menschen Willen gemacht wurde, dennoch unbeweglich steht und in Ewigkeit bestehen bleiben wird. Die Söhne Adams und seine Töchter waren eine <i>Generation</i>, deren Söhne und Töchter eine andere, deren Nachkommenschaft wiederum eine dritte und so weiter, wie bis heute die <i>Generation</i> der Väter eine und jene der Söhne eine andere war.</p>
<p><i>Oritur sol et occidit. Ostensa hominis uariatione et mutabilitate, dignissimam propter hominem creaturam factam solem uidelicet uariationi et mutabilitati nihilominus subiacere demonstrat, "ortum" eius emersionem in hoc nostrum emisperium, "occasum" descensum in aliud appellans.</i></p>	<p>(1,5) <i>Die Sonne geht auf und geht unter.</i> Nachdem er die Veränderlichkeit und Wechselhaftigkeit des Menschen gezeigt hat, legt er dar, dass das würdigste wegen des Menschen gemachte Geschöpf, nämlich die Sonne, ebenso der Veränderlichkeit und Wechselhaftigkeit unterliegt, indem er deren Heraustreten in diese unsere Hemisphäre <i>Aufgang</i> nennt und das Abtauchen in eine andere <i>Niedergang</i>.</p>
<p><i>Et ad locum suum reuertitur. Partem coeli in qua primum apud nos apparet solis locum appellat, ad quam consummato diurni laboris cursu reuertens et iterum nascens, meridianas circumiens partes circa solstitium aestiuale et in ipso ad horridam aquilonis regionem metuens frigoris deflectitur.</i></p>	<p><i>Und sie kehrt zu ihrem Ort zurück.</i> Jenen Teil des Himmels, in welchem uns zuerst die Sonne aufscheint, nennt er <i>Ort</i>, zu dem sie zurückkehrt, nachdem sie ihren Tageslauf vollendet hat, und wiedergeboren wird, indem sie die südlichen Teile um die Sommernachtgleiche umläuft und in ihm zur schrecklichen Gegend des Nordens, dessen Kälte sie fürchtet, abgeleitet wird.</p>

*Lustrans uniuersa pergit spiritus et in circulos suos reuertitur. Sunt qui putant hoc quoque de sole dictum esse, qui lumine suo omnia lustrat et illustrat, et per quos pergit in eosdem circulos reuertitur. Circuli solis dicuntur illa coeli plaga per quam cursum agit et quam numquam excedit. Spiritus uero dicitur sol, siue quia tanquam animal spiret et uigeat et annuos orbis suo cursu expleat, siue quia secundum philosophorum opinionem anima mundi uiuificetur et animetur. Quidam etiam de nostris, magnae uir auctoritatis, in quodam opere suo quod me nondum legisse recordor, dicere perhibetur de sole et luna, an sint angeli uel non, se nondum cum illa scriberet certum esse.*

Potest intelligi et de uento, in multis sacrae Scripturis locis spiritu appellato qui totum circuit mundum, eo rursus ad locum unde flare coeperat redit, quod dictum est: *lustrans uniuersa pergit spiritus in circulos* etc.

*Omnia flumina intrant in mare, et mare non redundat; ad locum unde exeunt flumina reuertuntur, ut iterum fluant.* In hoc fluminum uariatio et mutabilitas uocatur quod *mare* intrantia non remanent ibi, sed occulto et subterraneo meatu ad suorum capita fontium reuertantur, ut *iterum fluant*. Quod uero ait *mare non redundat* ad praesens negotium nil pertinet, sed de mari loquens hanc eius proprietatem tacitus praeterire noluit.

*Cunctae res difficiles nec potest eas homo explicare sermone. Omnis rerum natura*

(1,6) *Das Uniuersum erleuchtend kommt der Geist hervor und kehrt in seine Kreise zurück.* Es gibt welche, die glauben, dass dies auch über die Sonne gesagt sei, die mit ihrem Licht alles erleuchtet und bestrahlt und durch welche sie *hervorgeht* und in dieselben *Kreise zurückgeht*.<sup>5</sup> Die Kreise der Sonne wird jene Gegend des Himmels genannt, durch die sie ihren Lauf nimmt und die sie niemals verlässt. *Geist* hingegen wird die Sonne genannt, sei es, weil sie wie ein Tier atmet und lebt und die jährlichen Weltkreise mit ihrem Lauf erfüllt, oder sei es, weil sie nach der Meinung der Philosophen durch die Weltseele belebt und animiert wird. Ein Gewisser unter den Unsrigen, ein Mann von großer Autorität, hat angeblich in einem seiner Werke, das ich mich nicht erinnere, gelesen zu haben, über Sonne und Mond gesagt, dass er sich nicht sicher sei, ob sie Engel seien oder nicht.<sup>6</sup>

Es kann auch als Wind verstanden werden, der an vielen Stellen der Heiligen Schrift Geist genannt wird, die ganze Welt umkreist und wiederum zu dem Ort zurückkommt, wo er zu wehen begonnen hat<sup>7</sup>, weil gesagt ist: *Das Uniuersum erleuchtend dringt der Geist in Kreisen.*

(1,7) *Alle Flüsse gehen ins Meer, und das Meer geht nicht über; zu dem Ort, wo die Flüsse hervorgingen, kehren sie zurück, damit sie wiederum fließen.* Hier wird der Lauf und die Veränderung der Flüsse beschrieben, weil sie, wenn sie ins *Meer* fließen, dort nicht bleiben, sondern durch einen verborgenen unterirdischen Strom an den Beginn ihrer Quellen zurückkehren, *sodass sie wiederum fließen*. Wenn er aber sagt, dass das *Meer nicht überläuft*, dann trägt das zum vorliegenden Zweck nichts bei, sondern er wollte, wenn er an dieser Stelle über das Meer sprach, nicht stillschweigend über seine Eigentümlichkeit hinweggehen.

(1,8) *Alle Dinge sind schwierig und der Mensch kann sie nicht mit seiner Rede erklären.* Die ganze Natur

quaesitu et inuentione difficilis est, nec quam perfecte mente percipitur tam expedite sermone explicatur. Nihilominus tamen oculus semper est auidus uisu et auris auditu percipere, quod sermo non ualet *explicare*. Hoc est quod subditur: *Non saturatur oculus uisu* etc. Quamquam nec *oculus uisu* nec *auris* saturetur auditu, nihil tamen nouum uel hic uidere uel illa audire poterit. Quia nihil est secundum substantiae suae naturam aliud quod adhuc futurum est quam quod iam praeteriit, nec quod praeteritum est quam quod adhuc futurum est.

*Nihil sub sole nouum*. Nullum in hoc mundo homini ad inhabitandum dato – *terram enim dedit Deus filiis hominum* (Ps 113,24) – *nouum* genus rerum inueniri potest, nec aliquis dicere potest digito illud demonstrans hoc *nouum* rei genus est.

*Iam enim praecessit in saeculis quae fuerunt ante nos*. Probat sic nihil posse dici nouum, quia nihil nunc est quod in temporibus *quae ante nos fuerunt* non praecesserit.

*Non est priorum memoria* etc. Ad hoc quod uidet sibi posse obici, aliquid scilicet esse nouum licet in prioribus secundis praecesserit, quia priora omnia a *memoria* sunt deleta, respondet, dicens: *Reuera non est priorum memoria, sed nec erit recordatio eorum quae post futura sunt apud eos qui in tempore nouissimo Juturi sunt*. Nihilominus tamen et illa fuerunt et ista futura sunt.

der Dinge ist im Erfragen und im Finden schwierig und kann weder vollkommen im Geist erfasst, noch mit Worten erklärt werden. Und dennoch ist das Auge immer begierig zu sehen und das Ohr zu hören, was die Rede nicht zu erklären vermag. Deshalb heißt es weiter: *Das Auge wird nicht gesättigt durch Schau* usw. Obwohl weder das *Auge durch Schau* noch das *Ohr durch Hören* gesättigt wird, kann es dennoch nichts Neues sehen oder hören. Denn nichts anderes ist nach der Natur seines Wesens, das, was noch zukünftig ist als das, was schon vergangen ist und nichts was vergangen ist als das, was noch zukünftig ist.

(1,10) *Nichts Neues unter der Sonne*. In dieser Welt, die den Menschen zur Wohnung gegeben ist – *Gott gab nämlich den Menschenkindern die Erde* (Ps 113,24) – kann weder eine neue Art der Dinge gefunden werden, noch kann irgendjemand sagen, indem er mit dem Finger darauf zeigt: Das ist eine *neue* Art des Dinges.

*Es ging nämlich schon voraus in den Jahrhunderten, die vor uns waren*. Er beweist dadurch, dass nichts neu genannt werden kann, weil es jetzt nichts gibt, was nicht schon in den Zeiten, *die vor uns waren*, vorausgegangen wäre.

(1,11) *Es gibt keine Erinnerung an Früheres* usw. Darauf, was man ihm vielleicht vorwerfen könnte, dass nämlich irgendetwas Neues in früheren Zeiten den späteren vorausging, weil alles Frühere aus dem *Gedächtnis* getilgt wurde, antwortet er: *Aber es gibt keine Erinnerung an Früheres und es wird auch keine Erinnerung an die Dinge geben, die nachher zukünftig bei denen sind, die in der jüngsten Zeit sein werden*. Des ungeachtet sind jene dennoch gewesen, und diese werden

5 Vgl. Hieronymus, *In Ecclesiasten*, I,158-161; vgl. Hugo, *Homiliae in Ecclesiasten*, II.

6 Vgl. Augustinus, *Enchiridion*, XV,58-59.

7 Vgl. Ex 15,10; Ps 103,3-4; Ps 145,4.

<p>Vel aliter ab eo loco <i>Terra uero in aeternum stat</i> (Eccl. 1,4): Cum omnia dixerit superius non solum uanitatem, sed uanitatem uanitatum esse (id est omnia caduca, transitoria et mutabilia esse) contrarium uidetur quod de aeterna terrae statione adiungit. Littera igitur sic legatur, ut sibimetipsi contrarius actor non inueniatur. Secundum hanc quam lecturi sumus lectionem uersus ibi incipit: <i>Terra uero in aeternum stat</i>. (...)</p>	<p>zukünftig sein.</p> <p>Oder anders ab jener Stelle <i>Die Erde aber steht in Ewigkeit</i> (Koh 1,4): Wenn er alles oben nicht nur als Nichtigkeit, sondern als Nichtigkeit der Nichtigkeiten bezeichnet hat, d.h. alles als hinfällig, vergänglich, veränderlich, scheint es das Gegenteil dessen zu sein, was er über den ewigen Stand der Erde hinzufügt. Der Text muss also so gelesen werden, dass der Autor nicht als sich selbst widersprechend erscheint. Nach jener Leseart, die wir lesen werden, beginnt der Vers dort: <i>Die Erde aber steht in Ewigkeit</i>. (...)</p>
--	--